Quelle: https://manuscripta.at/?ID=37158
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Tractatus boni de regimine abbatis et modo se
habendi erga fres 234

Subsequentia notabilia sunt plurimum accommodanda cautelae
pacisque abbatis vnacum fribus definenda. Qualiter abbas
se habere debet ad deum in sua postulacione. Capitulum primum

Omnis ab alto procedit datis gratia omne quoque donum optimum
vt ait Jacobus in canonica sua. Desursum descendens a patre
luminum. Abbas igitur fontali principio a quo primordialiter effluit
omnis bonitas et gratia quae vt ait apostolus non sufficientes sumus cogitare
a nobis qui ex nobis est omne donum gratie postulandum. Si igitur
quis indiget sapiencia postulet a deo et dabitur ei et hoc verum
si postulet in fide et nihil hesitans in fide vt ait Jacobus. Debet igitur abbas in cunctis pro eo agendis semper oculos mentis
attollere in deum in illum quoque speranter absque vlla dubitacione
quia deum propitiabitur. Spera in domino et ipse faciet. Et cum facta
cogitatio tua in domino et ipse te enutriet. Cum igitur de sapore
huiusmodi quoque deprecetur eum vt non secundum peccata sua sed
piissima solitaque sua clemencia illi ignoscat. Digatur quoque eum
in cunctis agendis ad gloriam nomen sui ac profectum et commissi sibi
gregis salutem. Sed et inspiraverit sua oratione quoque in tabernaculo
cordis gloriosus indulgencia pro suis postulat delictis eandem. Et abbas
et pro fribus suis vnanimis et maxime pro singulariter temptatis
ac infirmioribus ab abbate imploret oret quoque vt stantes non cadant
sed quamque suffragante sibi gratia divina proficiant debiles quoque
ac infirmi baculo superne gratie sustententur vt non ruant iacere
quoque ipse solus est qui suscitat egenum de pulvere et de stercore
mendicitatis erigit pauperem. Tempore autem noctuno cum se
abbas ad pausandum reponit deprecetur altissimum super excessibus
et pro peccatis nimis fidelissimo cordis affectu facere debet
ita clementer ignoscis et iuste irasceris obsecro ne irascaris de
delictis meis ac fratrum meorum sed propter multitudinem misericordiae
tuae quoque ignoscere mihi et delictis omnium fratrum meorum

~~Coeptum et corruptum et septies festinando supaddit corruptoque coeptato~~